

Verf. Quinta conclusio.

- Delegatus Principis ad causam, et si agnoscat alii postea commissam non tenetur superferre, sed validè ad ulteriora progreditur, usquedum rescriptum sibi notum fiat. Barbosa cum aliis ubi proximè.
- 60 Similiter Proreges, provinciarum Praefides, & alii Magistratus, quibus iurisdicção ordinaria conceditur et si sibi constet successorem à Principe electum, suo munere fungi non desinunt usque ad eventum, actualemque possessionem subrogari, ut plenè, praemissa disputatione resolvit Solorz. de jur. Indiar. tom. 2. lib. 4. cap. 11. & Politic. lib. 5. cap. 14. qui jura, & DD. refert: quod obiter & D. Covar. attigit sup. hoc cap. num. 7. verf. Secunda conclusio, post medium.

SUMMARIUM.

- 1 Judices sibi invicem auxilium impartiri tenentur.
- 2 Judex Ecclesiasticus prohibetur procedere ad executionem contra laicos, sed debet auxilium secularis brachii implorare, & num. 11.
- 3 An delegatus, vel exequutor Ecclesiasticus auxilium exigere valeat, & num. 4.
- 5 Utrum Ecclesiasticus priusquam auxilium postulet, uti censuris teneatur.
- 6 Judex laicus non permittitur propria autoritate exequi sententiam in Clericum, sed Ecclesiastico remittit executionem.
- 7 Ecclesiasticus potest compellere censuris iudicem laicum, ut auxilium exhibeat.
- 8 Ecclesiastico denegante auxilium in Clericos, recurritur ad Metropolitanum, ut ipsum compellat.
- 9 Regulariter ut auxilium iudex impartiat, opus est ut sibi de justificatione sententiae constet ex actis.
- 10 Judex laicus censuris affectus ob auxilium denegatum, quo remedio sit usurus.
- 12 Laicus captus per iudicem laicum ad requisitionem Ecclesiastici, quo in carcere custodiendus.
- 13 Num valeat consuetudo, ut Ecclesiasticus per se procedat ad executionem in laicos.

- 14 Judex Ecclesiasticus in criminalibus an reos laicos propria autoritate capere valeat, & num. 16.
- 15 Nequit laicum criminis reum, si civiliter tantum agatur, per se capere.
- 17 Capit propria autoritate Clericos sibi subditos.
- 18 Postulat auxilium in Clericos resistentes.
- 19 An possit Episcopus armatam familiam habere.
- 20 Laicus Judex per alium monitus requisitoris literis, exequi tenetur.
- 21 Contrahens si reperitur in loco contractus, ibi convenitur: quod ampliat, num. 28.
- 22 Judex contractus loci quid decernere valeat in debitorem absentem, & num. 25.
- 23 De primo, & secundo decreto, ac de ejus effectibus remissive.
- 24 Intellectus ad caput Romana, §. Contrahentes, de for. comp. remissive.
- 26 Regulariter debitor ex contractu non remittitur ad locum iudicii.
- 27 Remittitur administrator ad locum administrationis, ut rationes reddat.
- 29 In loco destinata solutionis forum sortitur promissor.
- 30 Declaratur hoc, & num. 31.
- 33 Renunciatio fori privilegio uti non potest privilegio ejus, quod jure communi sibi competit.
- 34 Clericus nequit, nisi de licentia Episcopi, suo foro expressè renunciare.
- 35 Potest tacite contrahens in diocesi non sua.
- 36 Jurans comparere in loco contractus, aut solutionis, etiam absens poterit ibi conveniri.
- 37 Secus cum absque juramento id promissit in loco contractus.
- 38 Utrum promittens comparere in loco solutionis, ibi absens jure conveniatur.
- 39 Quid si spondeat certo die, & loco solvere.
- 40 Qui promissit alio loco solvere, an sortiat forum etiam ubi contraxit, & num. 41.
- 42 Judex in civilibus utrum possit citare reum in territorio alieno.
- 44 In criminalibus an valeat capere delinquentem.
- 45 Exequutio petita in absentem per literas requisitorias ad iudicem loci, ubi reus exiit, sortitur effectum.
- 46 Judex an possit exequi sententiam

ab

ab alio latam absque literis requisitoris.

- 47 Judex ut exequatur literas requisitorias, per superiorem compellitur.
- 48 Debitor ex usu forensi non remittitur, sed contra eum ut absentem proceditur.
- 49 Expenditur lex 1. de eo quod cert. loc. ad tradita sup. num. 39.

CAPUT X.

Accidit frequenter, ut Judex, five Ecclesiasticus, five secularis, jure, vel injuria impediatur executioni mandare quod justè decernit, sicut ex mox tradendis apparebit: quapropter publicè interest; tum ne delicta impunita perstant, tum ut jus suum unicuique tribuatur, quod Magistratus vel diversii fori ad rectam justitiam administrationem mutuo inter se foveantur auxilio, ad quod tenentur quoties fuerit legitime postulatum. Bobad. Polit. lib. 2. cap. 17. n. 186. Azeved. in l. 1. 4. n. 1. tit. 1. lib. 4. Recop. Paz prax. tom. 2. prowm. n. 1. Barb. collect. cap. Dilecto. n. 10. de sent. excom. in 6.

Ad Num. 1.

- 2 Judex Ecclesiasticus, qui jure sententiam fert in laicum, nequit in ejus persona, aut bonis executionem facere, sed debet ad secularem recurrere potestatem, cui damnatus subijcitur: alioqui acriter plectitur, ex l. 1. 4. & 15. tit. 1. lib. 4. Recop. Menoch. de arbit. cas. 452. num. 4. Azeved. in d. l. 1. 4. num. 2. Card. Tusch. li. B. concl. 152. n. 1. Parlad. quorid. lib. 2. cap. fin. part. 2. §. 2. n. 2. Paz sup. tom. 2. pralud. 2. n. 54. Pichard. manduct. ad prax. part. 2. precept. 4. n. 39. Gratian. disceptat. cap. 66. n. 8. Garcia de Nobilit. gloss. 9. n. 53. verf. Sexta conclusio. Redin. de Majest. Prime. verb. Non armis solum decoratam, part. 2. n. 141. Franc. Leo The-saur. fori Eccles. p. 1. c. 1. n. 16. Farin. prax. q. 97. ex n. 8. 1. part. 3. Aug. Barbosa in collect. ad cap. 1. n. 7. de offic. Ordinar. Bobad. sup. n. 107. Avil. in cap. 2. Prator. verb. Juntaran. n. 10. Jul. Clar. lib. 5. §. fin. q. 37. n. 8. Didac. Per. in l. 4. tit. 1. lib. 3. Ordin. D. Frasso de Reg. patronat. Indiar. cap. 86. num. 17. & alii infra, num. 11. Ecclesiasticus etiam in Clericos non obsequentes Brachio seculari juvatur, l. 59. in fin. tit. 6. p. 1. Mart. de Fano tract. de auxil. n. 2. & alii ex jam laudatis; sed diversimodè, ut videre licet infra, n. 9. & 18.
- 3 Etiam iudici delegato licet ejusmodi

D. de Farin Covar. Enuc.

auxilium invocare, et si in literis id non permittatur expressim. Navar. in cap. Cum contingat, remed. 1. à n. 1. de rescript. Tusch. sup. num. 6. Azeved. in d. l. 1. 5. Recop. num. 3. Farinac. sup. num. 86. Redin. num. 159. Villalob. Erar. commum. opin. lit. 1. num. 162. Aviles in cap. 20. Prator. verb. Usurpan. num. 27. Bern. Grav. ad Pract. Camer. Imper. lib. 1. concl. 115. Bobad. num. 179. Mart. de jurisdict. part. 1. cap. 50. num. 25. Gratian. num. 7. Ludov. Rodolphin. tract. de Brach. secul. num. 30. Menoch. de retin. possess. remed. 3. num. 360. Exequutor itidem auxilium valet implorare. Azev. ubi prox. Navar. in d. cap. Cum contingat, remed. 2. qui etiam delegatus, omisso recurru ad Ordinarium Ecclesiasticum, ad Magistratum secularem pro auxilio poterit confugere, et si aliquibus placeat, prius Ecclesiasticum auxilium implorandum. Bobad. ubi prox.

Rursus delegatus si familiam habeat armatam, tenetur auxilium impartiri. Mandos. ad reg. 14. Cancell. q. 1. in fine. Gratian. n. 9. qui alios refert. At delegatum non valere Brachium Regium postulare, nisi in rescripto ea tribuatur facultas, tuetur enixè Mart. de Fan. de auxil. implor. à n. 3. & sic in praxi apud Curiam servari refert Gratian. ubi nuper.

Ut Ecclesiasticus exigere queat auxilium, praecedere debent censura, quibus contemptis, ad subsidium Brachii secularis devenitur, ut sentiunt Parlad. Avil. Pichard. ubi proximè, Paz num. 18. Mart. de Fan. num. 2. Redin. num. 142. Franc. Molin. de Brach. secul. Ecclesiast. prest. cap. 3. num. 28. & alii communiter, quos congerit Barbosa in cap. Ut officium, num. 8. de haretic. At quod praetermissio excommunicationis remedio, possit per Ecclesiasticum auxilium postulari, tenent Bobad. sup. n. 169. de praxi testatus, Salced. ad Bern. Diaz, prax. cap. 164. n. 5. edition. novissima, Segura Daval. Director. Judic. Eccles. part. 2. cap. 13. num. 34. Tusch. li. A. concl. 125. num. 5. qui praemittit n. 4. post decretum Trid. sess. 25. de reform. cap. 3. non utendum censuris, nisi in ultimum subsidium, etiam prius Brachii secularis auxilio implorato.

Verf. Eadem ratione iudex.

Similiter Judex Ecclesiasticus adiri poterit, ut exequatur sententiam à laico Magistratu in Clericum prolatam, aut legis, vel statuti poenam extorqueat: quam executionem iudex secularis expedire

N

veratur

vetatur. Salgad. de Reg. protect. p. 1. cap. 6. n. 34. Barb. collect. ad cap. quoniam, n. 6. de offic. Ordin. Azeved. in l. 5. n. 10. tit. 1. & in l. 11. n. 5. tit. 3. lib. 1. Recop. Mart. de Fan. sup. ex n. 17. Avil. in cap. 20. Prator. verb. Usurpar. n. 21. 22. Villal. sup. n. 165. Bobad. d. cap. 17. n. 130. tom. 2. proæm. n. 4.

Ibi: *Qua in re illud discrimen.*

7 Judex Ecclesiasticus laicum non exhibentem auxilium ritè, ac rectè implo- ratum censuris ad id compellere valet. Salgad. num. 35. Didac. Per. in l. 4. tit. 1. lib. 3. Ordin. Farinac. prax. part. 3. q. 97. n. 82. Diana resol. moral. part. 1. tract. 2. resol. 120. Avil. sup. num. 21. Villalob. n. 165. Decian. tract. crimin. lib. 4. cap. 10. num. 13. vers. Octavo. Barbosa in collect. ad cap. 2. num. 8. de maledic. Paz num. 5. Rodolphin. sup. num. 45. Bobad. d. lib. 2. cap. 17. n. 80. & 182. Mart. part. 1. cap. 52. num. 1. Cur. Philip. part. 2. §. 12. num. 14. Cancr. variar. part. 3. cap. 19. n. 17. Non semper idem judex, qui auxilium expostulat, excommunicationis penam neganti Magistratui valet irrogare; nam si illud petat delegatus, vel ordinarius carens jurisdictione in excommunicandum, opus erit ut recurrat ad eus proprium Episcopum, seu judicem dioecesanum, ut ipsum constringat. Aviles n. 23. Bobad. n. 182.

8 Judex verò laicus non potest per se Ecclesiasticum cogere, ut auxilium præstet, sed oportet, appellatione intercedente ad Metropolitanum, ut compellat, recurrere. Salgad. Bobad. Villalob. Avil. ubi proximè, Paz num. 5. Azeved. in l. 15. n. 10. tit. 1. lib. 4. Recop. Prænotatum discrimen inter Judicem Ecclesiasticum, ac sæcularem, cui auxilium denegatur, observare Avil. n. 22. Paz ibidem, Curia Philip. part. 3. §. 11. num. 9. Carleval. de judic. lib. 1. dist. 2. num. 40. quem vide.

9 Regulariter ad exhibendum auxilium desudatur, ut judici exhibituro constet de sententiæ, aut mandati justificatione per acta. Fallit in crimine hæreseos, & aliis merè spiritualibus causis, de quibus laicus judex cognoscere prohibetur. Tusch. lit. B. concl. 125. ex num. 14. Parlad. d. part. 2. §. 2. n. 4. & 6. Pichard. manud. ad prax. p. 2. præcept. 4. num. 40. & 41. Didac. Per. in d. l. 4. Ordin. Bobad. sup. num. 171. cum seqq. Cur. Philip. ubi proximè, Paz n. 6. Azeved. in d. l. 15. Recop. ex n. 4. Avil. in cap. 2. Prator. n. 11. & cap. 20. n. 20. & alii apud

me in addit. variar. lib. 1. cap. 1. num. 43. & 44. Quid liceat inquirere judici laico cum reus traditur in causa hæresis, tradidit Bobad. num. 172. Sed si detrectet exequi absque legitima ratione, arbitrariè punietur, quod generaliter docuit Menoch. de arbitrar. casu 452. n. 3. quod in usu non fore nisi in causa hæresis, advertit Bobad. n. 80. & 81.

Quoties laicus judex propter auxilium non impartitum ab Ordinario Ecclesiastico censuris coercetur, Cancellariam per viam violentiæ debet adire, observans quæ monent Azeved. in d. l. 15. n. 11. & Bobad. sup. n. 182. Cancr. d. cap. 19. n. 15.

Ad Num. 2.

11 Judex Ecclesiasticus, etiam si jure in laicos procedere aliquando permittatur, nunquam tamen ad executionem in persona, vel bonis valet accedere, sed auxilium sæcularis competentis tenetur exigere, Azeved. latè cum aliis in l. 14. ex num. 2. tit. 1. lib. 4. Recop. Franc. Marc. decis. 448. Bobad. Polit. lib. 2. cap. 17. n. 167. Mich. Grass. commun. opin. cap. 8. n. 8. Didac. Per. in l. 4. tit. 1. lib. 3. Ordin. Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 17. n. 15. Cur. Philip. part. 3. §. 11. n. 9. Bellug. Specul. princ. rubric. 12. §. Quædam, n. 97. Guttier. Practic. lib. 1. q. 45. Jul. Clar. lib. 5. §. fin. q. 37. num. 8. Parlad. quæst. quotid. lib. 2. cap. fin. part. 2. §. 2. num. 15. Aviles in cap. Prator. p. 12. & cap. 20. n. 15. cum seqq. Paz Prax. tom. 2. præl. 2. num. 54. Contrarium fuscè nititur probare Mart. de jurisdict. part. 2. cap. 29. per tot. Excipitur reus hæresis, cujus personam, & bona Ecclesiasticus capie judex propria familia, & autoritate, Bobad. n. 171. Azeved. n. 13. Villadieg. de heretic. quæst. 11. num. 3. Vide sup. n. 2.

Ibi: *In carcerem proprium mittere.*

De quo Bobad. d. cap. 17. n. 187. ubi disputat, num laicus, si per suum judicem capiatur, ad requisitionem Ecclesiasticæ sit detinendus in carcere ejus, qui auxilium exhibuit, aut qui postulavit? Et licet pro Ecclesiastica jurisdictione ster communitis, tamen ipse Bobadilla nihil decidit, sed relinquit cogitandum.

Verf. Primum ubi consuetudine.

13 Legitima consuetudine vigenre, poterit Judex Ecclesiasticus, quoties de laicorum causis cognoscit, eos propria autoritate

authoritate in carcerem detrudere, & bona in executionem capere. Est tamen de hac resolutione ingens apud nostrates controversia, attentè dispositione Juris Regii in l. 14. & 15. tit. 1. lib. 4. Recop. Consulas Azeved. in cad. l. 14. à n. 7. Bobad. n. 170. & 177. Paz d. prælud. 2. n. 55. Avil. in cap. 2. Prator. verb. Juntaran. ex n. 11. Cur. Philip. ubi proximè, qui alios referunt: ex quibus Bobad. resolvit, sustinendam hujusmodi consuetudinem, ubi post leges Regias fuerit legitime præscripta, ut de Dicecesi Salmanticensi Paz, ac de Placentina Azeved. testatur. Verùm haud paucis videtur, id de jure Ecclesiasticis Judicibus competere, ex Trident. sess. 25. de reformat. cap. 3. Card. Tusch. lit. B. conclus. 125. ex n. 4. Aug. Barbosa in remission. ad Concil. eo cap. num. 28. qui plures recenset.

Verf. Secundò, quoties Judex.

14 De jure cum Ecclesiasticus judex in criminali causa contra laicos procedit, eos in vincula autoritate propria conjicere non prohibetur. Ita sentiunt laudari à Barbosa ubi proximè, ac ipse in cap. Attendendum, 17. quæst. 4. & in cap. Contra idolorum, 26. q. 5. Paz sup. n. 56. Azeved. num. 11. Contrà tenet Bobadill. num. 170. excepto hæresis crimine, illique jungendi relati supra, num. 11. dum indistinctè eam facultatem Judicibus Ecclesiasticis denegant, qua in re consuetudini stare oportebit, argumento legis si de interpretatione 37. de legib. Sic Judices Ecclesiastici, & Interpretes, quod de hæresi dictum est supra, n. 11. in fine, ad similia scelera extendunt in praxi. Azeved. ubi proximè, Bobadill. num. 173.

Verf. Tertio, illud erit.

15 Judex Ecclesiasticus in causis civilibus, & criminalibus civiliter agitatis, nequit in laicos exequi sententiam, quam juridicè tulit, nisi implorato laicæ jurisdictionis auxilio, l. 4. tit. 1. lib. 4. Ordin. l. 14. & 15. tit. 1. lib. 4. Recop. tenent recens sup. num. 11. quicquid alii sentiant, quorum memini n. 13. in fin. qui à Barbosa adducuntur.

16 Sed non facîle investigari potest ratio discriminis inter causas civiles, ac criminales, quoad rem, de qua agitur; nam quæ communiter traditur, scilicet

D. de Farin Covar. Enuc.

Episcopis non esse territorium, aequè militat in utroque causarum genere; cumque præfata constitutiones non distinxerint, nec nobis distinguere licebit, l. De pretio 10. de public. in rem alt. cum aliis, quæ cumulat Barbosa axiom. 136. n. 4. Nec urget decisio Concil. in d. cap. 3. ubi promiscuè tribuitur Judicibus Ecclesiasticis facultas capiendi reos clericos, & laicos; sed per suos, vel alienos ministros, Sic singula singulis reddi debent, videlicet ut Ecclesiasticos reos carceri subjiciat propria autoritate; sæculares verò per auxilium Brachii sæcularis, prout de jure magis receptum est. Ex quibus dicendum, id servari oportere, quod praxis ubilibet introduxerit.

Verf. Quarto, non est prætermittendum.

Judex Ecclesiasticus ad capturam Clerici sibi subjecti nullo eget sæcularis Magistratus auxilio, l. 59. in fin. tit. 6. part. 1. Aug. Barbosa in collect. ad cap. Cum Episcopus, num. 9. 10. de offic. Ordin. in 6. Azeved. in d. l. 14. Recop. n. 5. Avil. d. cap. 20. Prator. n. 14. Bobad. sup. n. 167. Jul. Clar. d. q. 37. num. 8. in fin. Paz tom. 2. part. 5. cap. unic. num. 4. ubi quid observandum antequam ad Clerici capturam perveniat, Cardin. Tusch. lit. C. conclus. 86. Cur. Philip. part. 3. §. 11. num. 9. Clericus tamen ob aë alienum, nisi ex delicto perveniat, nec carceri, nec excommunicationi subjicitur, ut observari addit. variar. lib. 1. cap. 1. n. 64. & quibus Clericis id competat privilegium, n. 66. Episcopus in clericos proprie Dioecesis ideo & ad capturam procedit, & carcerem habere debet, quia in illos merum obtinet imperium. Barbosa de potest. Episcop. allegat. 107. n. 20. Mart. de jurisdict. part. 2. cap. 29. n. 7.

Ibi: *Nisi eo casu, quo ejus potestas.*

Judex Ecclesiasticus solet auxilium invocare contra clericos subditos ad capturam personæ, vel bonorum, cum scilicet veretur, aut experitur resistentiam; quod laicus judex tenetur ministrare, l. 59. in fin. tit. 6. p. 1. Nec opus erit, ut huic exhibeatur processus causæ, ut de justificatione sibi liqueat, ut traditur sup. n. 9. nam illud verum est, cum auxilium postulatur per judi-

N 2 cem,

cem, qui propria autoritate exequi sententiam non valet. Aliud juris est, si solum ex defectu armate familiae, iudex alienae iurisdictionem petierit, sicut in presenti contingit, cum impartitor nullam iurisdictionem exerceat, sed duntaxat satellites accomoderet. Bobadill. lib. 2. cap. 17. num. 177. Paz sup. tom. 2. proom. num. 9. & 10. Quod limitatur si notorie de iniquitate iudicis postulantis auxilium constet, cui cooperari non licet. Gloss. verb. *Et si sciat, versus finem*, in cap. Pastoralis, §. Quia vero, de offic. iudic. delegat.

Ibi: *Etiamsi aliqui soleat disputari.*

- 19 Ambigua admodum quaestio est, an Episcopis liceat armatam familiam habere, de qua Mart. d. cap. 29. à num. 7. Barbosa pro utraque sententia plures congessit, d. alleg. 107. n. 1. & seq.

Verf. Sed & apud iudices.

- 20 Inter Magistratus ac Iudices seculares usus est litterarum, quas requisitorias vocant, quibus annuere debet requisitus, ut sententiam, vel decretum requirentis exequatur, l. *Properandum* 12. §. *Sin autem reus*, C. de iudic. Ant. Gom. *variar. lib. 3. cap. 9. n. 4.* Paz tom. 1. part. 5. cap. 2. num. 6. Pichard. *manduct. ad prax. part. 2. precept. 4. num. 30. & 31.* Carleval. *de iudic. lib. 1. disp. 2. n. 26.* Barbosa *collect. ad cap. Postulasti, n. 10. de for. compet. Jul. Clar. sup. q. 96. n. 9.* Cur. Philip. part. 2. §. 12. n. 2. Parlador. *diff. cap. fin. part. 2. §. 1. num. 7.* Bobad. lib. 2. cap. 13. n. 69. ubi quod plectitur iudex si non exequatur, Paz num. 10. & 11. & de aliis remediis, quibus uti licet, Carleval. ex n. 38.

Ad Num. 3.

- 21 In loco contractus forum sortiri contrahentem, nemini dubium est, at ibi nisi adit conveniri non poterit. Tusch. *lit. F. concl. 438. n. 1.* Tondur. *de prevent. iudic. part. 1. cap. 10. n. 80.* Pichard. n. 3. Paz n. 7. Barbosa *collect. ad cap. Romana, n. 13. de for. compet. & ad cap. fin. n. 7. eod. tit. in 6.* Amat. *variar. part. 1. resol. 33. n. 8.* Carleval. num. 160. & 218. Greg. Lop. in l. 32. gloss. 10. tit. 2. part. 3. & probant lex 8. tit. 9. part. 1. lex *Heres absens*, §. *Proinde*, de iudic. ubi latissi-

mè Petr. Barbosa. Iudex tamen ejus loci procedere non prohibetur, etiam absente reo, si aliqua ejus bona reperiantur ibidem Tusch. & Amat. *ubi proximè*, Trentacinq. *variar. lib. 3. tit. de solution. resol. 26. n. 27.* Cyriac. *controvers. cap. 318. num. 21.* Tondur. *sup. cap. 18. n. 12.* Carleval. n. 220.

Ad Num. 4.

Licet iudex loci contractus nequeat in absentem reum procedere, ut invitatus trahatur ad iudicium, non tamen prohibetur missionem bonorum ejus decernere ibi, vel in aliena iurisdictione constitutorum, nisi responsurus compareat de quo omnino videndus Carleval. *d. disp. 2. à n. 220.* Petr. Barbosa in d. l. *Heres absens*, §. 1. n. 8. cum seqq. notant DD. in cap. Romana, §. *Contrahentes*, de for. compet. quos refert Aug. Barbosa in *collect. ibi, n. 1. & 12.* Tusch. *lit. F. concl. 438. num. 14.* Trentacinq. *ubi proximè*. Hinc inferendum, quod si reo nullibi bona existant, & ipse absit à loco contractus, iudici illius nulla competit iurisdictione, Carleval. num. 228. At si iudex, ubi extant bona, exequi detrectet requisitorias literas ad citationem rei, poterit qui iurisdictioni praestit in loco contractus procedere tanquam in absentem, bonaque distrahere, aut creditoribus in solum dare. Tusch. *ubi proximè*, Carleval. n. 41. *vers. Tertio Bartolus*, vel mittere proprium nuntium, ut reum citet in alieno territorio, Carleval. n. 41. Sed prius reprobat Petr. Barb. in l. *Heres absens*, §. 1. n. 35. de iudic.

De primo, ac secundo decreto, eorumque expeditione, ac effectibus, fuscè Tusch. *lit. D. concl. 111. cum seqq. & lit. M. à concl. 283.* Paz *pax. tom. 2. cap. unic. ex num. 17.* Guid. Papa *traict. de prim. & sec. decr. Jacob. Belvis. & Guid. de Suzar. eod. tractat. Pichard. in §. Summa, cap. 3. & 4. Insit. de interdicit.*

Pro intellectu capituli Romana, §. *Contrahentes*, ultra ejus Interpretes, quos laudat Aug. Barbosa in *collect. n. 1.* legendi Carleval. *de iudic. lib. 1. disp. 2. n. 220. cum seqq.* Petr. Barbosa in d. l. *Heres absens*, §. 1. Villalob. *Arar. commun. opinion. lit. D. n. 68.* Gail. *Practiar. lib. 1. observat. 56.*

Ibi:

Ibi: *Idemque erit quoad secundum decretum.*

- 25 Index loci contractus nullo modo valet mittere creditorem in possessionem bonorum debitoris ex secundo decreto, siue citatus non compareat, siue latet, ne citetur. Carleval. n. 221. Petr. Barbosa n. 18. & 104. Gail. n. 4. cum seqq. Villalob. *sup.* Ex quibus asserendum, quod iudex loci contractus, absente debitorè nihil agere poterit, nisi possessionem dare ex primo decreto bonorum, quae sunt in propria, vel aliena iurisdictione ad debitorem attinentia, juxta distinctionem casuum, quam constituit Carleval. n. 220. & explicat num. seqq.

Verf. Tertio subinfertur.

- 26 In contractibus regulariter non est locus remissioni debitoris ad eum locum ubi contraxit, siue bona ibi habuerit, siue non. Carleval. n. 218. Petr. Barbosa num. 118. Morla *Empor. Jur. part. 1. tit. 2. q. 20. n. 16. vers. Sed nihilominus*, Greg. Lop. in l. 32. gloss. 10. *vers. Quarto limita, tit. 2. p. 3.* Parlad. *sup. lib. 2. cap. fin. part. 2. §. 1. n. 2. in fin.* Avil. in cap. 27. *Praetor. n. 16.* Amat. *d. resol. 33. n. 15.* Villalob. *ubi proximè*, Peregrin. *de fideicom. art. 53. n. 7.* Gurtier. *de juram. confirmat. part. 3. cap. 16. n. 1.* Tusch. *lit. R. concl. 152. n. 36.* Paz tom. 1. part. 5. cap. 2. n. 8. Ant. Baveria *tract. de virtut. juram. n. 56.* Petr. Antibol. *traict. de munerib. n. 15.* Quid de jure Regio ex l. 1. tit. 16. lib. 8. *Recop. docent* precitati nostrates, & Avenadañ. *de exequend. mand. part. 2. cap. 7. n. 9.* Montalv. in l. 1. tit. 17. lib. 8. *Ordin.* Carleval. n. 233. ubi latè.

Verf. Quarto illud praemissi.

- 27 Quamquam in civilibus remissio non fiat, Cardin. Tusch. *d. concl. 152. in fin.* Antibol. *ubi proximè*; ille tamen qui bona Reipublicae, vel privati administravit, cogitur, ut rationes reddat, in loco administrationis comparere. Greg. Lop. in d. l. 32. gloss. ult. Aug. Barbosa in *collect. ad l. 1. C. ubi de ratiocin. Avil. d. cap. 27. verbo Entreguen*, n. 22. Surd. *de aliment. tit. 1. q. 47. n. 9.* Oñuald. *ad Dornell. lib. 16. cap. 15. lit. K.* Escob. *de ratiocin. cap. 7. n. 6.* Morla *d. q. 20. n. 18. vers. Sunt tamen*, Carleval. *sup. disp. 2. n. 168.* Petr. Barbosa in d. §. 1. n. 72. Vide quæ

observat Surdus de administratore, qui paratus ad ratiocinia, in loco administrationis non admittitur, an redire illuc teneatur, atque cujus expensis. Utrum privilegiatus ex l. *unic. C. quand. Imperat.* possit compelli administratorem, ut in Curia rationes reddat, tradit Escobar *sup. d. cap. 7. ex n. 56.* & pramisi *sup. cap. 6. n. 13.*

Ad Num. 5.

Qui iurisdictioni loci contractus se expressim submisit, proprio foro renuncians, ibi etiam absens convenitur, & ad iudicem ibi competentem est remittendus. Tusch. *lit. F. concl. 442. num. 9. & 11.* Avil. *ubi proximè*, n. 19. Morl. n. 18. *vers. Secundus casus*, Pichard. *Mand. ad prax. part. 2. precept. 4. n. 3.* Villalob. *ubi sup. lit. D. n. 68.* Parlad. *quotidian. lib. 2. cap. fin. part. 2. §. 1. n. 8.* Amat. *variar. resol. 33. n. 14.* Gutier. *de juram. confirmat. part. 3. cap. 16. n. 4.* Orosc. in l. 1. n. 6. *ff. si quis in jus vocat.* Bern. Diaz *reg. 642.* Cepoll. *caut. 70.* Carleval. *sup. n. 1251.* Petr. Barbosa in l. 1. art. 3. n. 224. *de iudic. & in l. Heres absens*, §. 1. n. 43. *eod. tit. & num. 46.* remissionem non admittit.

Verf. Sexto subdeducitur.

Quoties contrahens alium locum assignat ad solutionem, in eo forum sortitur perinde ac si ibi contraheret, l. 32. tit. 2. part. 3. ubi Greg. Lop. gloss. 11. Tusch. *lit. F. concl. 442. n. 1.* Cujac. in cap. *Significasti*, de for. compet. Aug. Barbosa in *collectan. n. 8.* ad cap. *Dilecti*, eod. tit. Amat. *variar. resol. 33. n. 6.* Trentacinq. *variar. lib. 3. tit. de solution. resol. 26. n. 5.* Carleval. n. 248. Petr. Barbosa in d. l. *Heres absens*, §. *Proinde*, n. 58. adde legem 20. *vers. Orosi mandamos* que en quanto, tit. 2. lib. 4. *Recop. l. 8. tit. 9. p. 1.* Tunc quidem in loco contractus forum non sortitur, si in ipso actu contrahendi promittatur alibi solvere; secus cum ex intervallo, quo casu foro addicitur. Petr. Barbosa n. 50. Tusch. *lit. F. concl. 438. n. 17. & 18.* Trentacinq. n. 5. & 9. Carleval. num. 260. legendus ex n. 248.

Sed in hujusce foro non aliter poterit promissor conveniri, nisi in loco destinatae solutionis adfuerit. Tusch. *concl. 442. n. 1.* Trentacinq. n. 12. Amat. n. 7. Carleval. n. 262. Petr. Barbosa in d. l. *Heres absens*

N 3

absens, §. 1. num. 40. Quod limitatur si contrahens proprio foro renunciatur, quia etiam absens convenitur ubi spondit solvere. Tusch, num. 2. Guttier, de juram. confirmat. part. 3. cap. 16. num. 3. Alciat, de presump. reg. 3. presf. 36. n. 12. Menoch, cod. tract. lib. 6. presf. 6. n. 7. Villalob, *Errat. commun. opinion. lit. D. n. 68.* Paz prax. tom. 3. part. 5. cap. 2. n. 8. Carleval, num. 1251.

31 Observat Petr. Barbosa in d. l. *Hæres absens*, §. 1. n. 45. quod ut contrahens possit inveniri in loco contractus, aut destinata solutionis, sufficit fori proprii renunciatio absque submissione aliqua; nam absens comparere cogetur, Quid si ad eadem loca accedat, non ultrò, sed ex causa necessaria. Idem docet in eadem lege, §. *Proinde*, à num. 41. resolvens ibi conventum declinatoria non juvari.

Ibi: *In his enim Castella regnis.*

32 Hæc pragmatica in novissima legum regni editione est lex 20. tit. 11. lib. 4. Recopil. de qua Paz d. cap. 2. ex num. 12. Cur, Philip. part. 1. §. 12. à num. 9. Carleval, n. 1054. Parlad. Villalob. Pichard. Morl, ubi sup.

Verf. *Septimò*, ut semel.

33 Quamquam renunciatus privilegiis suis, non censetur renunciare quod iure communi sibi competit, Bald. in l. *Generaliter*, §. *His*, C. de secund. nupt. Sebast. Monticul, tract. de invent. presfat. num. 119. Petr. Barbosa cum aliis in d. l. *Hæres absens*, in princ. num. 91 Attamen quoties contrahens renunciat fori privilegio, intelligitur renunciasse quod & de iure communi fortitur, Menoch, de presump. lib. 6. presf. 6. num. 7. Alciat, in sim. tract. reg. 3. presf. 36. n. 12. Etenim cum ea sit contrahentium mens, ut promissor nulla prorsus fori exceptione juvetur, parum interest ut quibuslibet verbis exprimat, quæ sensui, ac intentioni deservire debent, cap. *Humana*, 22. q. 5. & dixi in addit. *variari*, lib. 1. cap. 13. num. 24.

Verf. *Oftavo*, ab eadem radice.

34 Clericus absque Episcopi sui licentia nequit expressum suo foro renunciare, se alienæ jurisdictioni Ecclesiasticae subiciens, Tusch, lit. C. concl. 387. num. 3.

Cujac, in cap. *significasti*, de for. comper. ubi Aug. Barbosa in collect. num. 7 qui rationem inquirat, Tondut, de prevent. judic. part. 2. cap. 35. n. 33. Avil. in cap. 27. Prætor. verb. *Entreguen*, n. 21. Petr. Barbosa in l. 1. art. 3. num. 132. & in l. *Hæres absens*, §. 1. num. 59. de judic. Carlev. d. disp. 2. num. 1075. Villalob, *Errat. commun. opinion. lit. D. num. 68.* Capyc, decis. 9. num. 13. Quod limitatur in clerico nec Ordines, nec Beneficium habente ab Episcopo diocesis ubi resider, qui poterit alterius Prælati jurisdictioni se submittere, Tusch, sup. num. 6.

Verf. *Nonò*, ex proximè traditio.

35 Clericus contrahens absque sui Episcopi assensu, si promittat extra diocesim propriam solvere, forum fortitur in loco destinata solutionis, Idemque est de loco ubi contraxit, l. 8. tit. 9. p. 1. Petr. Barbosa in l. 1. art. 3. n. 222. & in l. *Hæres absens*, §. 1. num. 60. de judic. Villalob, ubi proximè, Tusch, lit. F. concl. 442. n. 7. Carleval, num. 1083. & num. 1087. quid de clerico in minoribus. Imò si clericus renunciet proprio foro, ibi etiam absens conveniri potest, Petr. Barbosa n. 224.

Ad Num. 6.

36 Promittens, præstato juramento, se in loco contractus, vel destinata solutionis comparere, ibi etiam absens ad iudicium trahi iure poterit, Tusch, lit. F. concl. 442. num. 4. Avil, ubi nuper, n. 19. Seraphin, de privil. juram. privil. 105. n. 3. Villalob, ubi proximè, Guttier, de jur. confirm. part. 3. cap. 16. num. 6. Morla *Empor. Jur. part. 1. tit. 2. quæst. 20. n. 18. verf. Quartus casus*, Bern. Diaz reg. 642. lim. 2. Carlev, de judic. lib. 1. disp. 2. num. 271. licet dubius, Ant. Baveria de virtut. juram. num. 56.

Verf. *Undecimò* ex his.

37 Quavis promittat aliquis, se in loco contractus, ut respondeat, compariturum: modò juramentum, aut renunciatio fori non interveniat, nequit ibi conveniri, nisi præsens, Tusch, lit. F. concl. 442. n. 11. Petr. Barbosa in d. l. *Hæres absens*, §. 1. num. 51. & num. 53. quod in Lusitania aliter ex Constitutione Regia servatur, Carleval, num. 1250.

Verf.

Verf. *Duodecimò*, ubi quis.

38 Ubi quis se astrinxit ad solvendum certo loco, ibique sui copiam facere, absens iure ad iudicium vocari permittitur, ac erit remittendus, Guttier, de juram. confirmat. part. 3. cap. 16. n. 3. Bern. Diaz sup. limit. 3. Montalv. in l. 1. tit. 17. lib. 8. Ordin. Molin, de Brach. secular. lib. 2. cap. 31. Avil, in cap. 27. Prætor. verb. *Entreguen*, num. 18. Morl, ubi proximè, *verf. Tertius casus*, omisiss pluribus, quos refert Carleval, n. 266. ipse tamen contra tenet num. 268. ac mihi quidem absconditur ratio discriminis inter hanc, & immediatam conclusionem; cur enim aliud iuris in loco contractus, & aliud in loco destinata solutionis, cum utrumque forum à pari procedat, ut reus, nisi addit, conveniri nequeat, sicut jam præmissum relinquitur. Vide in capit. calce.

Verf. *Decimotertio* idem erit.

39 Qui promissit quantitatem, vel rem certo loco, & tempore, veluti mundinarum præstare, ibi in jus vocabitur, & absens adducetur ad iudicem ibidem competentem, Tusch, lit. F. concl. 442. num. 3. Guttier, d. quæst. 16. in fin. Molin. sup. cap. 32. Bern. Diaz limit. 15. & alii apud Carleval, num. 267. qui hanc, & præcedentem conclusionem merito impugnant; etenim quoad istam, patet oppositi communi, scilicet quod contrahens non possit conveniri in loco destinata solutionis, nisi reperiat ibidem, de qua sup. num. 30. siquidem regulariter in obligationibus dies ad solutionem adjicitur, aut iure subintelligitur, si in alium locum contractus implementum conferatur, l. *Continuus* 137. §. *Cum ita*, de verb. oblig. Igitur admilla hac sententia, nunquam evenire poterit, ut reus absens non conveniatur in loco destinata solutionis, cum semper res, ac dies cum loco solutionis exprimat, de quo infra, num. 49.

40 Non omitam propalare quid sentiam de illa apud Scribentes recepta opinione, videlicet quod collata solutione in locum alium, promissor non fortiaur forum, nec præsens possit conveniri ubi contractum est, ut prænotatur sup. num. 29. nam venia tantæ autoritatis Interpretum, dicendum videtur, utrobique forum fortiri reum, si debito

tempore non exsolvat in loco præscripto. Hoc mihi expressim probat Venuleus in d. §. *Cum ita*, ibi: *Etque transacto* (nempe tempore) *quavis Roma remanserit, nec possit Ephesi pecuniam dare, nihilominus ei recte condictetur, vel quia per ipsum stetit, quominus Ephesi daret, &c.* ubi Glossa verb. *Condictetur*, ait posse Romæ debitorem conveniri.

Nec satisfacit qui responderit, reum Romæ conveniri, non quia locus contractus, sed quod patria communis, secundum notata sup. cap. 5. n. 5. cum idem sit in quovis oppido, ubi contractus celebratur, l. *Eum qui* 43. de judic. l. *Si duo* 16. §. 1. de const. pec. l. 1. de eo quod cert. loc. quibus deciditur, reum qui certò loco, & die dare promissit, post moram quocunque in loco posse conveniri. Et licet aliqui existant, id intelligendum de foro aliis idoneo, veluti domicilii, ex l. *Hæres absens*, §. *fin. de judic.* verius tamen alii, ut Ant. Fab. in ration. ad d. l. 1. sentiunt indistinctè tenentes, debitorem ubique conveniendum, si addit, de quibus Glossa verb. *Quocunque loco*, in d. §. 1. & in d. l. 1. verb. *Ad summ*: etenim ut reus domicilii loco teneretur iudicium suscipere, opus non erat perpendere æquitatem, quam agnoscit Consultus in d. l. 1. nec utilem actionem concedere; quandoquidem domicilii forus cum omnibus iure concurrat, Carleval, cum aliis de judic. lib. 1. disp. 2. num. 7.

41 Verum tamen ea jura accipiuntur strictè de loco, ubi alias forum fortitur debitor, non excluditur locus contractus; nam quavis sub pacto de solvendo in alio, includatur tacita renunciatio fori contractus, ut aiunt laudari sup. n. 29. in fine, creditor tamen non astringitur ad observandam talem renunciationem, quoniam debitor conventioni non stetit de solvendo ubi spondit die præfinita; ideo iure suo uti non prohibetur, argumento capitis *Frustra* 75. de reg. jur. in 6. cum vulgaris, quæ congerit Barbosa *axiom.* 98. num. 7. Ex quibus deducitur, quod si hic debitor, mora commissa per lapsum diei, reperitur in loco contractus, ibidem poterit conveniri.

Ad Num. 7.

42 Ubi iudex loci contractus debet reum ad iudicium citare in alieno territorio existentem, id non valet propria autoritate expedire, sed per literas auxiliares,

liâres, seu requisitorias, etiam si uterque iudex eidem Principi subiciatur. Rebuff. tom. 3. ad leg. Gall. art. 1. gloss. 1. num. 2. Paz. prax. tom. 1. part. 5. cap. 2. n. 9. Bapt. Costa de remed. subsidiar. rem. 16. à n. 7. Cur. Philip. part. 1. §. 12. num. 14. Morla Empor. Jur. part. 1. tit. 2. g. 20. n. 18. vers. Tertius casus, Camil. Borel. Sum. de cision. tit. 44. de citat. n. 62. Avil. in cap. 27. Prator. verb. Entreguen. num. 19. vers. Et nota practicam, Villalob. Erar. commun. opinion. lit. D, num. 68. qui docent, verba citationem extra territorium facere iudicibus non licere, & alii infra num. seq. in fin. videndi.

43 Contrarium apud nos cavetur l. 7. tit. 3. lib. 4. Recop. ubi Azev. l. 5. tit. 2. lib. 3. Ordin. Didac. Perez in l. 1. gloss. 1. vers. Quarto tertio, tit. 2. lib. 3. Ordin. Greg. Lop. in l. 18. gloss. 5. tit. 1. part. 7. Tusch. lit. C. concl. 241. n. 4. Ceval. commun. g. 59. ubi quod priorem opinionem praxis observat. Carleval. d. disp. 2. ex num. 16. plenissime differit, ac n. 27. resolvit, hanc sententiam veriorum de iure, usu tamen priorem receptam, & omnino servandam. Jul. Clar. lib. 5. §. fin. g. 31. n. 20. Petr. Barb. in l. Hæres absens, §. 1. ex n. 80. de iud. quos consulat.

44 In reali autem citatione procul dubio requisitorie literæ desiderantur, ut reus in aliena iurisdictione possit apprehendi. Carleval. num. 25. Farinac. prax. q. 7. num. 40. Ant. Gom. variar. lib. 3. cap. 9. num. 4. ubi Ayllon in addit. plures cumulat, & ita observatur, ut si iudex insequatur reum fugitivum, alienum ingrediatur territorium, non valeat cum propria autoritate capere, sed auxilio Magistratus illius iurisdictionis; & si de facto delinquentem comprehenderit, ipsum exhibere debet, ut sibi legitime remissio fiat. Ant. Gom. num. 5. Carleval. num. 756. Bobadil. Polit. lib. 2. cap. 13. n. 66. & 67. qui & contra sentientes refert. Avil. in cap. 1. Prator. n. 6. ubi de pœna iurisdictionem exercentis in territorio non suo.

Ibi: Eadem ratione si contrarius.

45 Si ex publico instrumento coram iudice domicilii in absentem executionem postuletur, vel in loco loci contractus, quando licet, literis requisitoriis est utendum ad Magistratum loci ubi reus commoratur, ut executionem expediat. Ant. Gom. d. n. 4. Parlad. quotid. lib. 2. cap. fin. part. 2. §. 1. num. 7. Paz.

prax. tom. 1. p. 5. cap. 2. num. 5. Pichard. manud. ad prax. part. 2. prax. 4. num. 5. & 47. vers. Non obstat. Morl. Emp. Jur. part. 1. tit. 2. g. 20. à princ. Avil. ubi proxime, Villalob. d. num. 68. Ut autem requisitus iudex exequi teneatur, necesse erit ut literis inferatur instrumentum, ex quo petitur executionem. Pichard. ac Parlador. ibidem, Cur. Philip. part. 2. §. 12. num. 13. Carleval. num. 26. ubi quæ solemnitas in huiusmodi literis adhibenda. Rodrig. de executione. cap. 2. n. 10. Molin. de Brach. secular. lib. 2. cap. 24.

An sine literis requisitoriis iudex rei possit exequi sententiam ab altero Magistratu in illum latam, disputat Morla d. quest. 20. per tot. in negativam propendens: sed contra edocet Greg. Lop. in l. 1. gloss. 4. tit. 27. p. 3. Gratian. discept. cap. 389. n. 2. cum pluribus. De publico instrumento cum clausula guarantee, ut exequi possit ubi reus fuerit reperiendus, tenet idem Morla num. 7. & ita in usu est apud nos, cum ex stylo Tabellionum adjiciatur clausula submissionis generalis cum proprii fori renunciatione, ut observat Pichard. dict. prax. 4. ex num. 2.

Ibi: Quod si Iudex requisitus.

Iudex legitime per literas hortatorias requisitus ab altero ejusdem fori secularis, nisi executioni operam det, per superiorem compellitur. Carleval. d. disp. 2. num. 39. Aug. Barbosa collect. ad cap. Nullus, num. 4. de iure patron. Paz sup. d. cap. 2. n. 10. & 11. Villalob. ubi proxime, Avil. d. vers. Et nota practicam, & ad interesse parti læsæ tenetur, quod in syndicatu extorquebitur. Carleval. & Avil. ibidem, Gratian. discept. cap. 398. num. 1. Quid ultra agendum in iudicem, qui renuit hanc literas expedire, aut executioni mandare, fusè docet Carleval. ex d. num. 39.

Frequenter de remissione debitorum hucusque: verum ab usu forensi recessisse videtur, quod rei debendi ab uno Tribunali transmittantur ad aliud, excepto fugitivo; sed causa ut in absentem examinatur, bonis curatore constituto: vel per literas requisitorias ponetur iudex loci ubi residet reus, ut ad executionem sententia, vel instrumenti procedat. Observat Petr. Barbosa in d. l. Hæres absens, §. 1. num. 46. Morl. dict. quest. 20. num. 18. vers. Secundus casus.

Addere

49 Addere libet id quod obiter supra insinuavi n. 39, nempe non esse eum remittendum ad locum destinata solutionis, qui certa die dare promisit, quantum id non adimpleret: pro quo expendo legem 1. de eo qui cert. loc. qua aperte assertum probatur, ubi in eadem specie respondet Consultus, dandum creditori utilem actionem, ut ubicunque debitorem conveniat, hanc subjungens rationem, quia data opera, vel casu reus non accederet ad locum destinata solutionis, ut possit conveniri. Unde evidenter deducitur, non esse locum remissioni; etenim si invitum trahi ad iudicium liceret, nihil interesset, quod ipse pervenire illuc detraxerit, nec opus erit extraordinario auxilio actionis utilis, existente ordinario remissionis, l. cause 17. de minor.

SUMMARIUM.

- 1 Iudex potest exequi literas requisitorias, sciens intimacionis tempore requirentem obisse, aut alias iurisdictione carere: quod ampliatur num. 11.
- 2 Aliud juris est in delegato.
- 3 Quid de iudice dato.
- 4 Mandatum ex causa necessaria num obitu mandantis expiret, & n. 5.
- 6 Gratia consistit, licet concedens ante rescripti expeditionem deccdat.
- 7 Quæ gerit procurator inscius revocationis mandati, sustinentur: quod limitatur num. 9.
- 8 Differentia inter procuratorem, & simplicem mandatarium.
- 10 Officialis, cui iudex executionem mandati commisit, etsi iste moriatur, poterit ad illam procedere.
- 12 Iurisdictione delegato concessa dignitatis nomine, quamvis delegans obeat, re integra, illa non perit, nisi dignitas ipsa supprimatur.
- 13 Successor iudicis requisiti tenetur exequi literas ad antecessorem directas.
- 14 Reus sortitur forum in loco delicti, ut ibi puniri possit.
- 15 Aliquando ex uno crimine delinquens diversis in locis forum sortitur.
- 16 Ex quasi delicto sortitur quis forum, sed non fit remissio rei, num. 20.
- 17 Reus expedit ut puniatur ubi deliquit, ideo illuc remitti debet, & n. 19.

D. de Faria Covar. Enuel.

- 18 Quoad forum anime nullus subicitur Parocho loci ubi peccat.
- 21 Si quis bis deliquerit in diversis territoris, & capiat in uno, iudex non tenetur requisitus reum remittere antequam ipsum panis officiat pro crimine intra suam iurisdictionem patrato.
- 22 Ob nimiam distantiam delinquentis cessat remissio.
- 23 Reus an subiciatur iudici loci delicti, amisso sui fori privilegio, & num. 24.
- 25 Regularem habentem curam animarum coerceat Episcopus, si ille in officio deliquerit, & quid si extra claustra.
- 26 Caput Cum capella, de privileg. intelligitur.
- 27 De intellectu legis Cum tabernam, de pignor. & num. 28.
- 29 Nullus iudex tenetur reum ad locum delicti remittere, nisi per litteras requisitorias exoratus.
- 30 Iudex requisitus, etsi alias in reum nullam obtineat iurisdictionem, eum capere ad remissionem potest.
- 31 Delinquens quibus in locis possit accusari, & plebii.
- 32 Iudex domicilii, vel originis, qui in causa prevenit, procedens contra delinquentem, utrum ante sententiam, vel post cogatur requisitus reum ad locum delicti remittere, & num. 36. & 37.
- 33 Iudex domicilii an valeat ex officio procedere in eum, qui in alio territorio delictum patravit, & num. 34.
- 35 Quid de iudice loci, ubi diu delinquens inhabitavit.
- 38 Per capturam rei an censeatur causa preventa, ut remissioni locus non sit, & num. 39.
- 40 vagabundus delinquens ubique accusari, & puniri potest: sed remitti debet, iudice exigente, ad locum delicti.
- 41 In levibus delictis remissio rei locum non habet.
- 42 Leve delictum quale censeatur.
- 43 De forma litterarum, quæ requisitoria nuncupantur.
- 44 Fur apprehensus cum re furtiva, quam in alio territorio surripuit, à quo iudice puniendus.
- 45 A Curia Romana Reus ad locum delicti non remittitur.
- 46 Remissio non admittitur delinquentis

O de

- de regno unius Principis ad regnum alterius.
- 47 Ampliatur.
- 48 Princeps solus ex urbanitate potest delinquentem remittere ad regnum extraneum, ut puniatur.
- 49 Judex requisitus per literas subsidiales non acquirit in reum jurisdictionem ad penam irrogandam, sed ad capturam & remissionem.
- 50 Consuetudo non remittendi res, ut debitas luant penas, an jure subsistat, & num. 51.
- 52 De fugitivo, qui deliquit, ac de ejus missione ad locum delicti, & num. 53.
- 54 Superior ad inferiorem utrum remittere teneatur.
- 55 Ex casu bonis sumptus remissionis rei exsolvendi.
- 56 Cum delinquente acta contra eum judex debet mittere.
- 57 Hæreticus ubicunque punitur, & plures judices adversus eum simul procedere possunt.
- 58 Hæreticus si legitime petatur, ad locum delicti remittitur.

CAPUT XI.

Ad Num. 1.

- 1 Judex exequi potest, ac debet literas requisitorias, quamquam sciat intimationis, seu receptionis tempore requirerem defunctum, vel alias jurisdictione carere. Salgad. de Reg. protect. part. 4. cap. 6. n. 66. Tondut. de prevent. judic. part. 2. cap. 2. num. 17. & ampliatur infra, num. 11.
- 2 Nec obstat, quod delegatus, re integra, nequit de causa sibi mandata cognoscere, cessante jurisdictione delegantis, l. 21. tit. 4. p. 3. l. Et quia 6. de jurisd. om. judic. inter quem ac judicem requisitum illud versatur discrimen, nam hic nomine alieno jurisdictionem incipit exercere, cum nihil proprium habeat, l. 1. §. Qui mandatam, de offic. ejus cui mand. est jurisd. quapropter extincta in delegante jurisdictione, ipsius nomine quicquam agere non valebit, observat Cujac. in d. l. Et quia. Requisite verò judex propria utitur jurisdictione, quæ in illo semper supponitur, ut prorogetur, c. Romana, §. Contrahentes, de for. comp. in 6. lbi: Loci dictæ sanus ad denunciationem ipsorum: & l. Properandum, §. Sin autem reus, lbi: Sive per relationem ad majorem, c. de

judic. ideo casus requirentis non impedit mandati executionem.

In ejus corroborationem docet Cujac. ubi proxime, judicem datum non prohiberi causam commissam definire, licet re integra, qui eum dedit, obeat, aut sit à Magistratu remotus, quia per mandatum judex constituitur independens à jurisdictione dantis, ex quo ad judicem requisitum arguere licet, ut arguit Carleval. de judic. lib. 1. tit. 3. disp. 17. num. 12. de quo Osuald. ad Donel. lib. 17. cap. 26.

Est satis receptum, mandatum ex causa præcisè necessaria mandantis obitu non perire, sed executioni tradendum, ex l. Fundi venditor 33. §. ult. de acquir. possess. Sic tenent Salg. sup. n. 70. Tusch. Practic. conclus. lit. M. concl. 65. n. 48. & 51. Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 7. tit. 23. num. 45. Castald. de Imperat. quest. 115. n. 4. Pichard. §. Recte, num. 16. Inst. de mandat. Ant. Massa ad form. Camer. oblig. part. 2. bart. 5. vers. Queri etiam hic, n. 4. Cum ergo judex ex necessitate ejusmodi literas expediat, nam ad id jure compelli potest, Carlev. sup. lib. 1. disp. 2. n. 38. morte ipsius mandatum non expirat.

Ad Num. 2.

Præfata communis sententia impugnatur insuperabili fundamento, cui assentitur Cujac. in d. l. Fundi venditor, docens ibi interisse mandatum, sed ex heredum consensu possessionem fuisse rectè traditam: quod aequitate potius, quam juris rigore procedit, ut in simili cavetur §. Recte, Inst. de mandat.

Ibi: Nam ea deciso specialem rationem.

De qua Aug. Barbosa cum pluribus collect. ad cap. Super gratia, n. 2. de offic. jud. deleg. in 6. Etenim gratiarum concessam non reddit irritam mors concedentis ante rescripti confectionem contingens: quod obtinet non solum in supremo Principe, sed etiam in inferiori, cui competat facultas beneficia, vel munera conferendi: nec successores permittitur factum antecessoris retractare, imò tenetur titulum expedire, ut cum pluribus de Proroge agens tenet Solorzan. de jure Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 4. num. 92. Idem est in sententia, l. 19. tit. 22. p. 3.

Ibi:

Ibi: Deinde illud est constitutissimum.

- 7 Quamquam mandatum morte domini, re integra, evanescat, quæ tamen procurator inficius ejus peregit, regulariter sustinentur. Sanch. de Matrimon. lib. 1. disp. 6. num. 9. & lib. 2. disp. 11. n. 6. Gratian. disceptat. forens. cap. 18. ex n. 37. Molina de just. & jur. tract. 2. disp. 263. num. 5. Ant. Gom. variar. lib. 2. cap. 4. num. 3. Tusch. lit. R. concl. 324. num. 1. Marienz. in l. 16. gloss. 10. num. 3. tit. 11. lib. 5. Recop.
- 8 Est notatu dignum discrimen, quod constituit Molina inter procuratorem, & simplicem mandatarium; nam quicquid ille egerit domini nomine post mandati revocationem, hujus ignarus, omnino tenet, secus in mandatario: at quod bona fide impendit, aut si ex mandato contraxit, eatenus subsistit, ut nec ipse, nec tertius in damno veretur deceptus.

Verf. Non tamen dominium, ad exemplum.

Licet actus alii post mandati revocationem propter ignorantiam sustineantur secundum nuperrimè præmissa; domini tamen translatio nunquam subsistit. Ant. Gom. & Marienz. ubi proxime, Tusch. num. 6. Gratian. n. 39. Barbosa collect. ad Clem. unic. de renunciat. num. 13.

Verf. Secundò, hoc ipsum.

- 10 Si judex executionem decernat, ac officiali suo committat, atque statim decedat, aut jurisdictione privetur, potest, ac debet ejus mandatum exequi. Mantic. d. tit. 23. num. 48. Gratian. sup. cap. 783. n. 19. Salgad. d. cap. 6. n. 67. Tusch. lit. M. concl. 65. n. 49.

Verf. Quartò, eadem sententia.

Cujus fundamenti meminit Salgad. num. 68. & aperitissimè id deducitur ex authentica Ut nulli judicium, §. Et hoc jubemus, vers. Si verò & præcepta, collect. 9. quem textum ad tertium argumentum D. Covarruvias induxit.

Verf. Quinta ratio.

Adde Barbofam, & quos recenset in D. de Faria Covar. Enucl.

collectam. ad cap. Si super gratia, num. 2. de offic. judic. deleg. in 6.

Verf. Postremò, illud his accedit.

Verè non urget hæc consideratio; nam etsi per Principem supprimeretur Magistratus, à quo subsidiales literæ processerunt, judex tamen requisitus eas exequi teneretur propria auctoritate independenti à persona, seu tribunali ejus requisivum.

Observa fallentiam ad regulam, quod delegatio morte delegantis, re integra expirat, quæ minimè obtinet quoties causa solius dignitatis nomine committitur. Aliud juris foret, si dignitas ipsa extingueretur, quia delegatus postea non valeret incipere causa cognitionem, cum eadem militet ratio in morte personæ, ac in suppressione officii. Facit ad præmissa, quod gratia concessa ad beneplacitum Pontificis, cum ipsius vita perit, non sic ad Sedis Apostolicæ voluntatem, quæ perpetuò permanet. Barbosa collect. ad cap. Si gratiose, n. 2. & 5. de rescript. in 6.

Præterea successor judicis requisiti subsidiales literas exequi debet, nec admittenda distinctio capitis Quoniam Abbas, de offic. judic. deleg. quæ in delegato observatur, cui si Magistratus existat, causa delegari potest ut personæ publicæ, vel ut privato. At hujusmodi literæ ad jurisdictionem fugentem dirigi nequeunt, ut prænotavi, ideo licet nomine proprio Magistratus defuncti expressò conficiantur, successor implementum earum recusare nequit, ex notatis in d. cap. Quoniam Abbas, ac probatur d. §. Et hoc jubemus, vers. Si verò & præcepta.

Ad Num. 3.

Reus foro, & jurisdictioni subjicitur, ubi deliquit, ut ibi & accusari, & merito supplicio affici queat, l. 32. tit. 2. part. 3. l. 8. tit. 9. p. 1. l. 15. tit. 1. p. 7. l. 1. & per tot. tit. 16. lib. 8. Recopilat. cap. 1. de raptor. cap. placuit 6. quest. 3. l. 3. de offic. Præs. Greg. Lop. in d. l. 15. gloss. 1. Ant. Gom. variar. lib. 3. cap. 1. num. 87. Tondut. de prevent. judic. part. 2. cap. 11. n. 16. Salgad. de revent. Bullar. part. 2. cap. 5. §. 3. num. 12. Guazzin. de defens. reor. defens. 1. cap. 26. Farin. n. 1. prax. q. 7. n. 1. Aug. Barbosa collect. ad cap. Postulasti, num. 2. de for. compet. Decian. tract. crimin.

O 2 min.